GRAMMATICARUM
IN
DIONYSII
ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΝ
ANNOTATIONUM
SYSTEMA,

In usum Tyronum concinnatum.

UBI
Dialecti & cæteræ Anomaliæ, quæ in singulis Dictionibus aut Syntaxi occurrunt, ad Figuras, methodicè hìc digestas, reducuntur.

Τὰ κοινὰ κοινῶς.

LONDINI,
Excudebat Tho. Newcomb,
MDCLVIII.

GRAMMATICARUM in *DIONYSII* Περιήγησιν ANNOTATIONUM *SYSTEMA*, &c.

Quæcunque apud Auctorem nostrum præter dialectum communem, & usitatam loquendi & scribendi rationem, scripta occurrunt, sive poetico more, sive ex dialectorum quarundam idiomate, sive ornatûs gratiâ, ad Figuras & Tropos non incommodè referri possunt. Ne igitur tædium lectori parerem, & chartam frustra delerem, minutias quasque in notis quas margini apponere instituer am crebriùs inculcando, Figuras hîc ὡς ἐν τύπῳ (Grammaticas quidem pleniùs, nonnullas etiam Rhetoricas quæ frequenter hìc occurrunt) exhibere visum est, appositis exemplis compluribus ex auctore ipso petitis, ut vix quicquā desiderari possit quod ad Grammaticam operis analysin spectet. Figuras singulas (imò & singulas earum species, sive anomaliæ modos) singulis Arithmeticis notis signavi, & easdem notas singulis earundem Figurarum exemplis quæ in Dionysii textu occurrunt apposui, ut iis quasi manu tyrones duci possint ad Figuram quamcunque quâ à Grammaticâ normâ in voce aut sententiâ notâ illâ signatâ deflectitur: ut *v*.1. ad — γαῖάν τε καὶ — notatum invenies 55, quòd si hoc in Figurarum Systemate quæratur, Polysyndeton esse deprehendes, Pleonasmi speciem. Dialectis illis aliisque Figuris quæ frequentissimè hìc occurrunt (cujusmodi sunt αἶα pro γαῖα, κεῖνος pro ἐκεῖνος, τῶν pro ὧν & in terminationibus η pro α, ησι pro αις. οιο pro ου, οισι pro οις. &c.) post primos 300 versus, ut jam satis notis, valedicimus; quæ non toties obvia sunt, quanquam alioqui satis facilia, subinde revisimus; difficiliora ubicunque occurrunt, nunquam insalutata præterimus. Quòd

Quòd si semel atque iterum perlegatur hoc Systema, dialectis aliisque Figuris quæ apud auctorem nostrum (imò & Homerum, Hesiodum, Musæum, alióśque Poetas quibus Ionica dialectus maximè familiaris, licet nec Æolica infrequens) reperiri solent, brevi ita assuescet lector, ut cursu non impedito pergere possit, ad minuta hæc rariùs impingens. Et ne pueris molestum sit ad singulas notas aliquot paginas hic evolvere, Figurarum omnium Synopsin concinnavimus, ubi Figuras singulas notis suis insignitas (ut in Tabellâ locorum longè dissitorum situs) intueri liceat: ita omnia tyronibus in promptu erunt; ea tamen (ut doctoribus fideliter reddantur) necesse erit memoriæ, tanquam promocondo, mandare, quæ si in margine posita oculis inter legendum perpetuò obversarentur, negligentior futura esset memoriæ custodia, tanquam opere suo solutæ. Si quæ voces reperiantur quarum enormior sit deflexio, ut quâ ratione facta sit (quanquam cognitâ Figurâ) tyronibus non promptum sit perspicere, ad pleniorem hunc Figurarum tractatum, aut Commentarium nostrum, his notis † *quasi vide Fig.* aut * *quasi vide Com.* lectorem remittimus, ubi analysin vocis ipsius uberiorem reperiat. Atque hæc quidem tyrones (in quorum gratiam hæc exarata sunt) de Figurarum harum usu monuisse sufficiat: è vestibulo igitur in atrium jam transeamus.

Figurarum quæ apud Dionysium occurrunt, aliæ *Grammaticæ* sunt (de quibus præcipuè hic agitur) aliæ *Rhetoricæ*; & è Grammaticis quidem aliæ ad *Orthographiam* spectant, aliæ ad *Syntaxin*, aliæ ad *Prosodiam*. Quæ ad Syntaxin spectant, *Figuræ Constructionis* dicuntur; quæ ad Orthographiam aut Prosodiam, *Figuræ Dictionis*; quæ tamen è posteriore harum genere sunt, *Figuræ Metricæ* peculiariter dici possunt.

Figuræ Dictionis, seu πάϑη λέξεων, quæ ad *Orthographiam* spectant, quibus sc. pars aliqua Dictionis à simplice & consuetâ scripturæ ratione mutatur, vel in *Quantitate*, vel in *Qualitate* accidunt.

Quæ in Quantitate accidunt, vel in *redundantiâ* literæ unius aut plurium, vel in earundem *defectu* consistunt.

Ad redundantiam referuntur *Prosthesis*, *Anadiplosis*, *Epenthesis*, *Diplasiasmus*, *Paragoge*, & pleræque *Dialyses*.

1. *Prosthesis* est additio literæ in principio dictionis, ut ἑειδόμϑυΘ pro εἰδόμϑυΘ, Poet. ἀσαχὺς pro σαχὺς Att. Huc refer δνόφΘ (unde δνοφερὸς) quod à νέφΘ factum censetur, Dor. item ἔἴω pro ἴω· ἑων, εὖσα, ἑὸν, pro ὢν, ἔσα, ὄν, Ion. & Poet. τοὶ pro οἱ, Poet.

2. *Anadiplosis*, seu *reduplicatio*, Ionibus frequens, est repetitio primæ consonantis, cum ι aut aliâ vocali additâ: sic à τείνω fit τιταίνω, à καλέω κεκλήσω, & per Syncopen κλήσω, fit per reduplicationem vox poetica κικλέσκω. Quòd si à literâ aspiratâ sit thematis initium, eâ in syllabâ reduplicatâ in tenuem mutatur; ut à φάσκω, poet. pro φάω *dico*, fit πιφαύσκω. Per reduplicationem etiam τετύκοντο pro ἐτύχοντο ponitur, aspiratâ literâ χ in tenuem κ mutatâ, Ion. nisi à τύκω inus. deducere malis.

3. 2° Est etiam *reduplicatio* quædam Atticorum propria, quæ accidit Præteritis verborum, à vocali α, ε aut ο incipientium, quâ repetuntur primæ duæ literæ thematis; ut ἀκηχεμϑύω pro ἠχημϑύω, ab ἀχέω· ἄρηρα pro ἦρα, præt. med. ab ἄρω.

Epenthesis est additio literæ (à literâ præcedente differentis, si consonans sit) aut syllabæ, in medio; hujus tres sunt species.

4. 1° Quæ *strictè Epenthesis*, seu *Parenthesis* dicitur, cùm vocalis sola additur syllabam non faciens (præcipuè ι post ε, aut υ post ο) quod Ionum est, ut εἰν pro ἐν, εοικὼς pro ἐοικὼς, ὄρος pro ὄρος, πόλις pro πόλις item πνοιαὶ pro πνοαὶ, αἰεὶ pro ἀεὶ, ἐπιδευὴς pro ἐπιδεής.

5. 2° Quæ *Epectasis* Tryphoni dicitur, cum syllaba additur, quod Ionum & poetarum est; ut ἐξείης pro ἑξῆς, Ευρωπείη pro Ευρώπη, Ειλοθυείη pro Ειλοθύη, ἠέλιΘ pro ἥλιΘ, τείρατα pro τέρατα, Αθηναίη pro Αθήνη, ἐπείσια pro ἔπεσια, ἴασι pro ἴσι tertiâ plur. ab εἶμι eo, τρίτατΘ pro τρίτΘ, μέσατΘ & μεσάτΘ, & geminato σ μεσσάτΘ pro μέσΘ, ὑστάτΘ pro ὕστατΘ, ποσάτΘ pro πόσΘ, ὀφείτης pro ὀφίτης.

6. 3° Quæ Παρέμπτωσις vocatur, cùm consonans una, ab eâ cui adjungitur diversa, interponitur; ut πτολίεθρον pro πολίεθρον, χθαμαλὸς à χαμαὶ, βαρύσδετΘ pro βαρύδετΘ, ἔσπω, & per ἀντίστοιχον ἴσπω, pro ἕπω,

 ἑαυτοῦ

ἕσπομαι pro ἕπομαι, poet. Sic cùm Doricè ομεσθα pro ομεθα &c. in verbis Passivis ponitur.

7. 4° Ad Epenthesin etiam referri possunt plerique Dativi poetici terminati in εσσι, ut νεφέεσσι pro νέφεσι· licet aliquando etiam Antithesis accedat.

8. 5° Item terminationes Verborum in Imperf. & Aor. 2. in εσκον, εσκες, εσκε, pro ον, ες, ε, &c. Ion. & poet.

9. 6° Item cùm in Verbis in αω, contractis in ῶ, ο ante ω ponitur, Ion. & poet. ut κομόωσιν pro κομῶσιν, μειδιόων pro μειδιῶν· & contrà ἀλαόμενος pro ἀλώμενος ο postposito.

10. *Diplasiasmus* est geminatio ejusdem consonantis, Ionibus & poetis frequens; ut πόσσος pro πόσος. μέσσος pro μέσος, Ἀῤῥαβικὸς pro Αραβικὸς, ἔλλαχον pro ἔλαχον.

11. *Paragoge*, quæ προσχηματισμὸς Tryphoni dicitur, est additio literæ aut syllabæ in fine dictionis; ut ἠπιέρσι pro ἠπίεροις, Ion. ἐνὶ pro ἐν, παραὶ pro παρὰ, poet. προτίρωσι pro προτίρω, οἶσθα pro οἶδας, per Paragogen syllabæ θα & Syncopen, Æol. ἠὲ pro ἢ, poet.

12. 2° Ad Paragogen etiam spectat ησι pro ης, Ionicè facto ex αις, in Dat. plur. primæ & secundæ Declin. ut πλευρῆσι pro πλευρῆς, quod ipsum Ionicum est pro πλευραῖς.

13. 3° Item syllabæ φι & φιν nominibus, & θεν pronominibus additæ, poet. ut κράτεσφιν pro κρατὶς, ἕθεν, ἔθεν &c. pro ἕο, ἑο, Ionicè factis ex οὗ, ὅ

14. 4° Et in Aor. 1. ασκον, ασκες, pro α, ας, &c. Ion. & poet.

15. 5° Atque in termin. Infinitivi εμεναι Dor. pro εμεν, quod Ionicum est pro ειν· ut à φέρβειν fit φερβέμεν Ion. inde verò per Paragogen φερβέμεναι,

16. *Dialysis*, seu *Diæresis*, est resolutio syllabæ unius in duas, Ionibus & poetis frequens: ea aliquando metri causâ fit sine literarum mutatione, & tunc ad Figuras metricas spectat; aliquando literâ additâ, aut literâ unâ aut pluribus mutatis, & tunc ad hunc locum pertinet, ubi de Figuris ad Orthographiam spectantibus agitur: sic Θρήϊκες pro Θρῆκες, Ion. pro Θρᾴκες, ponitur; ῥηΐδιος pro ῥᾴδιος, resolutâ diphthongo impropriâ, & α in η mutato, σημήϊον pro σημεῖον.

Ad

17. 2° Ad *Dialysin* etiam spectat circumflexorum resolutio in incontracta; ut cùm in Gen. plur. primæ & secundæ Declin. εων pro ῶν Ionicè, & αων pro ῶν Æolicè, ponitur.

18. 3° Sic ἡμέες, ἡμέων, pro ἡμεῖς, ἡμῶν, &c. Ion.

19. 4° Item εω, εεις, εει, pro ῶ, εῖς, εῖ, & in Infin. εειν pro ειν, ut βαλέειν pro βαλεῖν, in Fut. 2. & aliis Temporibus circumflexis, & in Participiis eorundem εων, εουσα, εον, pro ων, οῦσα, ον, Ionicè.

Ad defectum literæ unius aut plurium referuntur *Aphæresis*, Ἄρσις, *Syncope*, *Apocope*, *Synalœpha*.

20. *Aphæresis* est ablatio literæ radicalis à principio, Ionibus & poetis usitata; ut κεῖνος pro ἐκεῖνος, κεῖθεν pro ἐκεῖθεν, νέρθε pro ἐνέρθε, αἶα pro γαῖα, λιαρὸς pro χλιαρὸς, κίδναμαι pro σκίδναμαι, quod fit per Syncopen à σκεδάννυμαι.

21. Ἄρσις est ablatio augmenti aut reduplicationis; ut δέσμηλο pro ἐδέσμηλο, κώκυσαν pro ἐκώκυσαν. θέσαν pro ἔθεσαν, Ion. & poet. δέκτο pro ἐδέδεκτο Plusq. perf. nisi sit pro ἐδέχετο per Syncopen & Ἄρσιν augmenti solius.

22. *Syncope* est abjectio literæ aut syllabæ è medio; ut ἔπλετο pro ἐπέλετο, ἄνλοχίη pro ἀνάλοχίη, πέπταται pro πεπέτασται, πρῶνες pro πρηώνες, ἑκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν, χολάδος pro χολωάδος. λυπρὸς pro λυπηρὸς, ἀλιτρὸς pro ἀλιτηρὸς, Ion. & poet. sic φθίμενος pro φθιόμενος, nisi sit pro ἐφθιμένος. νείατον pro νεώτατον μύχατος pro μυχαίτατος, ἔχευα pro ἔχευσα, Aor. 1. à χέω, κτίμενος pro ἐκτισμένος à κτίζω.

23. 2° Huc pertinet *Syncope Æolica*, cum peculiari quadam Antithesi complicata; ut κάδδε pro κατὰ τὸ, ἄμπωτις, & per Antistœchon ἄμπωτις pro ἀνάπωσις.

24. 3° In Præteritis etiam Syncope frequenter contingit; ut ἑστᾶσιν pro ἑστήκασιν. βεβαὼς pro βεβηκὼς, γεγαῶτες (ο in ω mutato) pro γεγηκότες, Ion. & poet.

25. 4° Syncopes species est quæ Ἔκθλιψις Tryphoni dicitur, cùm consonans è medio poeticè abjicitur, ut Σαμάται pro Σαρμάται, Τετνακὶν pro Τετνακρὶν.

26. 5° Item *Crasis* quibusdam dicta, quâ vocalis syllabam constituens, post aliam eliditur; ut ἱρὸς pro ἱερός, ἦαν pro ἤιαν· vel quædam vocalium confusio fit, qualis in Synalæphis plerisque, ut θευδέες pro θεοειδέες· huc refer κλῄζω contractum à κληΐζω, Ion. pro κλείω.

27. 6° Huc referri potest contractio quintæ Declinationis, ut κέρως pro κέραος. Ion. & Comparativorum, ut μείζοες & μείζους pro μείζονες &c.

28. 7° Huc pertinet quæ Ἔλλειψις Tryphoni dicitur, cùm diphthongi posterior vocalis tollitur: ut ἐς pro εἰς, ἑλίσσω pro εἱλίσσω, νάω, ναέτης pro ναίω, &c.

29. 8° Παρέλλειψις, seu abjectio alterius è geminatis literis; ut Μεσήνιος pro Μεσσήνιος, μάκελα pro μάκελλα.

30. *Apocope* est ablatio literæ vel syllabæ à fine; ut δάκρυ pro δάκρυον, Dor.

Huc refer ἔμεν pro ἔμμεναι, facto ex εἶναι. v. ξ 10.

31. 2° Huc referri potest illa Apostrophi species quâ vocalis finalis ante consonantem eliditur; ut Πὰρ δ' ἱερὰ Γόρτυνα — v.88. ubi παρ pro παρὰ ponitur.

32. *Synalæpha* est elisio vocalis aut diphthongi propter aliam vocalem aut diphthongum in proxima dictione cum eadem concurrentem, ita ut utraque dictio in unam coalescat, unitis in syllabam unam vocalibus (idque plerunque per Crasin) quæ duas seorsim constituebant: ut κἂν pro καὶ ἐν, κἀκεῖθι pro καὶ ἐκεῖθι, τοὔνεκα pro τοῦ ἕνεκα. Hoc Atticorum proprium est.

In *Qualitate* dictionum mutatâ accidunt *Metathesis*, *Tmesis*, *Antithesis*.

33. *Metathesis*, quæ Tryphoni *Metalepsis* dicitur, est ordinis literarum mutatio, seu literæ transpositio ab una sede in aliam: ut ἔμμορε Att. pro μέμορε Præt. med. à μείρω. καρτερὸς pro κρατερός.

34. *Tmesis* est vocabuli divisio in duas partes; vel per vocis compositæ resolutionem in duas integras dictiones: ut νέη πόλις pro Νεάπολις Poet. μέσση ποταμῶν pro Μεσοποταμία.

35. 2° Vel inter vocabuli partes interposita alia dictione, & tunc simul cum Tmesi *Hyperbaton* accidit; ut

—διὰ

— διὰ γαῖαν ὀείζων, pro γαῖαν διοείζων· Sic — ὀπὶ πλατὺς ἔρχεται ἴσθμος, pro πλατὺς ἴσθμος ἐπέρχεται.

36. *Antithesis* strictè sumpta, seu ἀντίστοιχον, est literæ unius in aliam mutatio; cujusmodi est η pro α in quavis syllaba Ionicè positum: ut νηὸς pro ναὸς, νηὸς pro ναὸς, πέρην pro πέραν, ἠὴρ pro ἀὴρ, Παρνησὸς pro Παρνασσὸς· item ὄνυμα pro ὄνομα. Æol. ἰδὲ pro ἠδὲ Poet. ὠυτὸς pro αὐτὸς, Ion. μὰν pro μὴν, Dor. πίσυρες pro τέσσαρες, Æol. κελαινὸς κελαινὴ vox Poet. pro μέλας μέλαινα· ἀμπέχω pro ἀμφιέχω tenui pro aspirata posita, quod Æolum & Ionum est; δύω pro δύο, & ζωὴ pro ζωὴ Att.

37. 2° Et quod ad vocum declinabilium terminationes, huc pertinet η pro α in term. primæ & secundæ Declin. Ionicè positum; ut πέτρη pro πέτρα, Βορέης pro Βορέας, Ἀσίην pro Ἀσίαν, & ης pro αις in Dat. plur.

38. 3° Item ηος, ηι pro εος, ει &c. in secunda Declin. & pro εος, ει, in tertia Declinatione Coutractorum, Ion.

39. 4° Sic ἐμεῦ pro ἐμοῦ &c. & ευ pro ου in verbis circumflexis; ut χαλεῦσι pro χαλοῦσι, Doricè.

40. 5° Item ειατο pro οιντο in tertia plur. Optat. verborum Pass. Ionicè.

De Vocali brevi, metri gratiâ, mutatâ in ἀντίστοιχον longam, & contrà, sub Ectasi & Systole dicetur, quia ad Figuras illas à Grammaticis referri solet, quamvis propriè ad hunc locum spectet.

Ad *Antithesin* etiam (sed ita ut nomen illud latiùs quàm ἀντίστοιχον pateat) referri possunt dialecti quibus diphthongi, aut literæ plures, in alias mutantur: ut —

41. 6° In prima Declin. εω pro ου Ion. & αο pro ου Æol. & in tertia οιο pro ου Ion.

42. 7° Sic ζέο pro ζοῦ, ἕο pro οὗ Ion.

43. 8° Sic in Plusq. perf. Verb. Act. εα, εας, εε, pro ειν, εις, ει, Ion.

44. 9° In Aoristo 1 Opt. εια, ειας, ειε, pro αιμι, αις, αι, &c. Æo.

45. 10° In Infin. ἔμεν pro εἶν, Ion. & à Verbo εἰμὶ *sum*, ἔμεναι for εἶναι· unde geminato μ fit ἔμμεναι poet. & per Apocopen ἔμεν. Ion.

46. 11° In secunda perſ Paſs. εαι pro ῃ, Ion.

47. 12° In Imperat. εο pro ου, Ion.

48. 13° Ἔασι pro εἰσι, tertia plur. ab εἰμὶ, *ſum*; ἴησι pro εἶσι tertia ſing. ab εἶμι, *eo*; ſed tanquam ab ἵημι formatum, ut & tertia plur. ἴασι.

49. 14° Item Præpoſ. ὑπαὶ pro ὑπὸ; ἀπαὶ pro ἀπὸ, poet. & ϖερτὶ, & per Ecthlipſin literæ ρ, ποτὶ, pro ϖρὸς. Dor.

50. Figuris hiſce Dictionis in Qualitate mutatâ accenſendus eſt etiam *Metaplaſmus*, cùm ſc. nominis terminatio, aut Verbi pars aliqua mutatur, ſecundum aliam declinandi formam quàm nomini illi aut verbo propriè convenit: ut cùm μυχὰ hìc habetur, quaſi à μυχὸν, cùm ſingulare ſit μυχὸς· & χαλινὰ, cùm ſingulare ſit χαλινὸς· & δένδρεσι, tanquam à τὸ δένδρος, δένδρε⊙, cùm ſingulare ſit τὸ δένδρον. Sic πολλὸς poet. pro πολὺς, & & contra πολέων à πολὺς, cùm uſitatius ſit πολλῶν. Item υἱέες & Ion. υἱῆες, tanquam à recto υἱεὺς· & contractè Nom. plur. υἷες, & Dat. plur. υἱάσι, tanquam à recto υἱὶς, cùm rectus uſitatus ſit υἱὸς· & Αἰθιοπῆες quaſi à recto Αἰθιοπεὺς, & Αὐσονιῆες quaſi ab Αὐσονιεὺς, cùm uſitati Nominativi ſint Αἰθίοψ & Αὐσόνι⊙.

51. 2° *Metaplaſmus* etiam eſt (ſed Antitheſi minùs cognatus) in voce φίλατο: qui Aoriſtus medius habetur, tanquam à φίλω inuſ. vel Imperfectum, tanquam à φίλαμαι Paſſ. ab Activo φίλημι inuſ. cùm verbum uſitatum ſit φιλέω. Item κέονται pro κεῖνται, tanquam à κέομαι inuſ. & κελάδοντ⊙, tanquam à κελάδω, pro κελαδοῦντ⊙.

Figuræ Conſtructionis quæ hìc occurrunt, aliæ ſunt quibus integra dictio redundat, ut in *Pleonaſmo*, cui affinis eſt *Periphraſis*; vel deficit, ut in *Ellipſi*: aliæ quibus à conſueto variatur dictionum ordo, ut in *Anaſtrophe* & *Hyperbato*; aut ſenſus vel ſignificandi modus, ut in *Enallage* ſimpliciore, modi, temporis, &c. & *Antimeriâ*; aut Syntaxis, ut in *Enallage* Σολοικοφανεῖ. (quæ *Syntheſin*, *Antiptoſin*, & alias Figuras ſpeciales complectitur) & *Hypallage*.

Pleo-

52. *Pleonasmus* est dictionis alicujus redundantia; & aliquando quidem redundat vox declinabilis, ut in phrasi illâ εὐρύλατη μέγεθος, πλεονάζει vox μέγεθος quoad sensum, licet desit Præpositio κτ' quoad Syntaxin. Redundat etiam κὴ ἠῶ, ver. 437. μοι, ver.279. σφί ver.677. τὸ ver.166.

53. 2° Sæpiùs verò in Auctore nostro redundant particulæ quæ expletivæ vocantur; ut ῥα, πὲρ, μ͂, τοὶ &c. & Conjunctiones τε, κε, δε· cujusmodi vocula redundans Παρέλκον dici solet.

54. 3° Redundat etiam aliquando ἐν. ut v.242. ἀλλὰ, v. 334. αὖ, v. 208. μάλα, v. 1098. & una negativa post aliam posita, ut v.773.

55. 4° Huc pertinet *Polysyndeton*, quæ Conjunctionum copulativarum redundantia est; ut --- γαῖαν τε κὴ εὐρέα πόντον.

56. *Periphrasis* est cùm rem unam per plura verba circumloquimur; ut Κελτῶν παῖδες pro Κελτοὶ, οἶδμα θαλάσσης pro θάλασσα, στόμα Βοσπόρε pro Βόσπορ☉, ——— στεινωπὸν ὕδωρ Ἀθαμαντίδος Ἕλλης ——— pro Ἑλλήσποντ☉.

57. *Ellipsis* est dictionis alicujus ad sententiæ complementum necessariæ defectus: ut in titulo οἰκουμένης supple γῆς· sic βοείη, v. 287. & παρθενίη, v. 151. subintelligendo βύρσῃ· Ες Διὸς, supple οἶκον· Διὸς Μȣσα, supple θύγατερ· Ευξείνε. v. 763. supple πόντε· τῷ pro τȣτῳ τόπῳ. Sic v. 518. -- Ασίης δ', subauditur αἱ vel νῆσοι.

58. 2° Sæpissimè verò Ellipticæ phrases occurrunt subauditâ Præpositione κτ'· ut v. 240. ἐδ' ὀλίγη μέγεθος, pro κτ' μέγεθος· sic v. 905. --- ἐπωνυμίην Φοίνικες· v. 526. ὄνομα χυκλάδες· cujusmodi multa occurrunt. Huc pertinet Synecdoche Grammaticis vocata, ut χρόα κυανέοισι, v.1111.

59. 3° Huc pertinet vox subaudita quæ aliam subsequi, & ab eâ regi deberet: ut cùm fluvius dicitur βάλλειν, v.735. (quo sensu ἐκβάλλειν dici solet) subintelligitur enim τὸ ὕδωρ vel ῥόον, quod exprimitur v.783. Sic cùm Præpositio absolutè ponitur subauditâ voce casuali; ut ἐπὶ v.198, & 403. & σὺν v.843. pro σὺν αὐλαῖς· & ἐν, subaudito Infinitivo antea expresso cum articulo τῷ, v.999.

60. 4° Item *Asyndeton*, seu copulæ reticentia; ut v. 102 Τυρσηνὴ ζέφυρον, Σικελὴ νότον, Αδριὰς εὖρον.

61. *Anastrophe* est ordinis vocum inversio, ita ut præponantur quæ postponi deberent: ut cùm Præpositio casui suo postponitur; ut Βορέην ἐπὶ, v. 119. Διὸς πάρα, v. 547.

62. 2° Alia ordinis mutatio *Hybertaton* dicitur, cùm interponuntur quædam inter ea quæ conjungi deberent, unde aliqua vocum confusio oritur: ut *ver*. 592. ubi Αἴγλά γε præponitur voci Κωλιάδος, cùm postponi deberet.

Aliquando etiam clausula una (aut plures) inter ea interponitur quæ conjungi deberent, cujusmodi Hyperbaton est à v. 14. ad verba Πρὸς Βορέην v. 17. De Hyperbato quod fit v. 592. v. Com.

63. 3° *Hysteron-proteron* est cùm quæ ordine temporis aut loci alia præcedunt iis postponuntur: ut v. 494. ubi Corcyra insulis Ambracientium postponitur, cùm ordine loci præcedat.

Enallage, seu Ἀλλοίωσις, est quâ modus pro modo, tempus pro tempore, casus pro casu, numerus pro numero, genus pro genere, una pars orationis pro alia, aut vox quævis pro alia sibi cognata ponitur; quod si Syntaxin inde mutari contingat, Solæcophanes dicitur. Enallage verò simplicior est quâ accidentia tantum dictionum (ut modus, tempus, &c.) variantur.

64. 1° Enallage modi hìc occurrit v. 1062, ubi εἴη pro ἐστι· & v. 627, ubi πέλοι pro πέλει, Modus Optativus pro Indicativo ponitur.

65. 2° Enallage temporis habetur v. 1056, ubi ἔχουσι verbum Præsentis temporis pro Præterito usurpatur; & v. 67, ubi Aoristus 2 ἔδραμε pro Præsenti poni videtur: sic δήεις, formâ Præsentis sensu Futuri usurpatur.

66. 3° Activum aliquando pro Passivo ponitur, & contra; ut ἐνναίει pro ἐνναίεται v. 957.

67. 4° Numerus Pluralis pro Duali; ut δύο κόλποι v. 108. sic v 51.

68. *Enallage* (Σολοικοφανὴς generis, numeri, aut utriusque (ut oratio verbo tenus quandam Solæcismi speciem præ se ferat, sensu tamen congrua sit) Grammaticis

maticis Latinis *Synthesis* dici solet, quam tamen aliqui Σύνεσιν dici malunt, quia ad sensum, non verba respicitur: Ea aliquoties hic occurrit; ut *v.*350——

Τοῖς δ' ἐπὶ μερμερὸν ἔθνος ἀγαυῶν ἐστι Λατίνων
Γαῖαν ναιετάοντες ἐπήρατον——

Hic inter ἔθνος & ναιετάοντες nec genere nec numero recta Syntaxis est si voces respicias, sed ad sensum respicitur, quia per ἔθνος, nomen multitudinis, plures homines notantur; & ναιετάοντες ad ἔθνος Λατίνων refertur, perinde ac si dictum fuisset Λατῖνοι. Similis Synthesis est numeri, *v.* 232 & 697. generis verò *v.* 1021, ubi ἐκγεγαῶτες refertur ad ἔθνεα Μήδων, quia Μῆδοι his duobus vocibus sensu æquipollet. Sic *v.*376 Τάρας δ' ἀλὸς ἐγγύθι κεῖται, Ἥν ποτ' &c. articulus fæmininus ἣν refertur ad masculinum Τάρας, quia Τάρας urbs est, ideoque πόλις tacitè subintelligitur.

69. 2° Enallage casus Σολοικοφανὴς *Antiptosis* vocatur, cujus exemplum extat *v* 656. φιλότητι τὴν μίγησαν, ubi Accusativus τὴν loco Dativi ponitur; cùm Homerus Odyss. θ dicat μιγαζομένους φιλότητι, v.Com.

70. 3° *Zeugma* etiam, si licentius sit, Enallage quædam numeri haberi potest, cùm sc. Verbum singulare ad plures Nominativos copulâ conjunctos, aut Adjectivum ad plura Substantiva refertur, ubi communior Syntaxis Verbum aut Adjectivum plurale postulat: ut *v.*817——

Ἴλιον, τὴν ἐπόλισσε Ποσειδάων, καὶ Ἀπόλλων.

Quòd si *Zeugma* cum *Syllepsi* complicetur, tota oratio manifestius Σολοικοφανὴς redditur; ut *v.*1145——

——Ὕπανίς τε φέρει, Θεῖός τε Μέγαρσος·
Λαβρόταλοι ποταμῶν——

Ubi primò in verbo φέρει *Zeugma* est; deinde in Adjectivo λαβρόταλοι *Syllepsis*.

Synecdochen quidem Grammaticis dictam ad Ellipsin Præpositionis κατὰ, potiùs quàm Enallagen casus, referendam censemus.

Cum

71. 4° Cum Enallage Σολοικοφανεῖ cognationem quandam habet ea Syntaxeos mutatio quæ *Hypallage* vocatur, cùm secundum concordantiam, regiminis rationem, aut reliquam Syntaxin, conjuguntur eæ voces quæ sensu disjungendæ sunt, & contra; ut *v.* 135. ἐσχατόωσα fæm. generis est ut cum Τένεδον congruat, cùm ratione sensus potius cum ἔρον congruere deberet: sic Persius — *quintâ dum linea tangitur umbrâ.* Item *v.*519. ἐπὶ μῆκος βορέας, pro ἐπὶ βορέαν, vel βορέαο (ut Hom. ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων) κατὰ μῆκος. Et *v.*562. ὑπ' ἄκρην Ἱερήν, Νῆσοι θ' Ἑσπερίδες ναίουσι παῖδες Ἰβήρων, *sub Sacro promontorio & Hesperidibus insulis habitant Hispani*; cùm sensus sit, *sub Sacro promontorio, ubi Hispani habitant, sunt Hesperides insulæ.*

72. *Enallage* quâ una pars orationis pro aliâ ponitur, specialiter *Antimeria* dicitur; ut cùm Adjectivum neutrale, sive singulare sive plurale, pro Adverbio usurpatur, quod frequens est: ut ὀρθὸν, rectà; πρῶτα & τὰ πρῶτα, primùm.

73. 2° Cùm Articulus pro Pronomine, ut τὴν pro ταύτην.

74. 3° Cùm Participium pro Nomine ponitur, ut δεδαημένοι pro δαήμονες· vel pro Infinitivo, orationem Σολοικοφανῆ reddens; ut *v.* 889. ——

Οἶδα γὰρ ἐν πρώτοισιν ἐμεῦ εἰπόντος ἀκούσας·

ubi ἀκούσας pro ἀκοῦσαι Atticè usurpatur; ut μέμνημαι ἰδών, memini me vidisse. Sic Virgilius —— *Sensit medios delapsus in hostes.*

75. 4° Ad Antimeriam etiam referri potest cognata illa Enallages species, quâ vox una pro voce aliâ, ipsi aliquo modo affini, usurpatur: ut cùm Articulus præpositivus pro subjunctivo, quod apud Ionas & poetas frequens; ut τὸ pro ὅ. τῆς pro ἧς τῶν pro ὧν, &c.

76. 5° Item cùm Nomen Substantivum pro Adjectivo; ut Ἀδριὰς ἅλμη pro Ἀδριατικὴ, Ἄτλας pro Ἀτλαντικὸς supple ὠκεανός.

77. 6° Huc pertinet ἑ pro αὐτὸν vel αὐτὴν positum, πᾶσα pro ὅλη, ὡς & πῶς pro ὅπως, πολὺς pro μέγας vel εὐρὺς, & μιν pro αὐτὸν, Dor.

78. 7°. Unus Comparationis gradus pro alio; ut ἀφνειὴν pro ἀφνειοτέραν (nisi potius Ellipsis sit vocis

ὅπως

τως aut πόσον) aut Comparativum à Substantivo deductum, ut θεώτερον à θεός, v.257. βασιλδίταἶον à βασιλδὶς, v. 353.

Figuræ Metricæ, seu quæ ad Prosodiam spectant, sunt *Synecphonesis*, *Diæresis simplex*, *Ectasis*, *Systole*, *Cæsura*; quibus & alias *Licentias poeticas* subjicere licet.

79. *Synecphonesis* est duarum syllabarum in unam contractio, metri causâ facta, servatâ tamen utrâque vocali: ut —— Αἰθιόπιον χαλέκει. v. 38. ubi πιον in unam syllabam contrahitur: sic ὑρέων, v.389. χρυσέης v.446. πατρίων, v.619. dissyllaba fiunt.

80. Huc referenda est etiam *Diæresis* simplex, in quâ vocales non mutantur, sed tantùm quæ propriè ad unam syllabam pertinent in duas distrahuntur: ut εὐστεφανος pentasyllab. pro εὐστέφανος.

Ectasis, seu *Diastole*, est syllabæ brevis productio, quæ fit duobus modis.

81. 1° Cùm litera nulla mutatur; ut cùm in voce Κλαπίνς secunda producitur v.21, quæ corripitur v. 49. cui similis est productio primæ in ἱερὸς v.298, quæ corripitur v. 448 & 700. Sic in κακοξεινότεροι, ο per Ectasin producitur, in Homeri imitationem, v. 742. Producitur etiam penultima in Ιηπύγων v. 379, quæ corripitur in Ἰηπυγίη v. 482, & passim apud alios poetas: & secunda in Θρήϊκες, v. 322 & 323, quæ ab aliis corripi solet, & ab ipso Dion. v.764.

82. 2° Cùm vocalis brevis, metri gratiâ, mutatur in ἐπίσημον longam, ε sc. in η. & ο in ω (quod ad Figuras ad Orthographiam spectantes propriè pertinet, ubi de *Antithesi* seu *Antistæcho* actum) ut Μακηδόνιον pro Μακεδόνιον, Διώνυσος pro Διόνυσος, πολυήρατος pro πολυέρατος, cùm sit ab ἐράω.

83. 3° Notandum etiam *Ectasin* ex necessitate contingere, quando concurrunt tres breves in polysyllabâ dictione, ubi aliquam produci necessarium est metri gratiâ: sic in Σικελικῆς prima ex necessitate producitur, v.80. & in κυάνεος. v. 313. & in Ιονίοιο & in ἀκαμάτε, v.27. cùm prima corripiatur in Σικελὸς. v.85. & in κυανὸς & ejus compositis, v.169 & 1105. & in Ἰώνων, v.553. Et semper corripiatur α priv. nisi necessitas obstet. Simili necessitate

ex-

excusatur productio mediæ brevis inter duas longas locatæ, ut in Καασίης.

84. *Systole* est syllabæ longæ correptio; quæ aliquando contingit literâ nullâ mutatâ, ut cùm in Πάχυνος penultima corripitur *v.* 469. Ἄκρα δὲ οἱ Πάχυνος—— quæ producitur *v.* 86, & apud alios poetas. Sic in Ὑρκάνιος, κα à Dionysio corripitur, cùm in Ὑρκανὸς & aliis gentilibus in ανος penultima producatur; quod confirmat Virgilius,

——*Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*

Sic *v.*1158 ——θεῶ ἀπίμηστον ἑορτὴν. πι in ἀπίμηστον corripitur, quod ab Homero Il. α, & aliis producitur.

85. 2° Aliquando accidit vocali longâ, metri gratiâ mutatâ in ἀντίστοιχον brevem, aut diphthongo in simplicem vocalem (quod ad Figuras ad Orthographiam spectantes propriè pertinet :) sic εὐρύχοερος pro εὐρύχωρος poni videtur *v.*537. v.Com. & *v.*916, Ποσιδήϊα pro Ποσειδήϊα ponitur, diphthongo ει, ut corripiatur, in simplex ι mutata.

86. *Cæsura* est quâ syllaba brevis, quæ dictionem terminat, sed pedem novum inchoat post alium jam absolutum, producitur : ita peculiaris quædam Ectasis haberi potest : ut

v. 998, Τοίη ἐπὶ κείνης——
& *v.*381, Πόντον ἐς ἀρχίπορον Ἀκυλήϊον——
& *v.*1147 ——περιρρέουσιν ἐπὶ Γαγγήτιδα χώρην.
& *v.*751 ——οὐ γάρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάζειν.

Hic ultimæ in ἐπὶ, ἀρχίπορον, θέμις, contra regulas communes, beneficio Cæsuræ producuntur : & in primo quidem exemplo *Triemimeris* est, in 2° *Penthemimeris*, in reliquis duobus *Hephthemimeris.*

87. 2° Frequentissimè verò contingunt, & justissimæ habentur, peculiares quædam *Cæsuræ*, sequente dictione à liquida exorsa; ut

*v.*416 —ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων.
& *v.*429——ποτὶ ῥίπην ζεφύροιο.
& *v.*1131, Πάσῃσι λοξῇσιν——

ubi in ἵνα, ποτὶ, πάσῃσι, ultimæ syllabæ *Cæsurâ* producuntur, quæ liquida sequente se tuetur : cujusmodi Cæsuræ sæpissimè in auctore nostro occurrunt.

Nec

88. 3° Nec rarò particulæ encliticæ κε. τε, pro ultima syllaba dictionis cui adjunctæ sunt sumptæ, Cæsuræ beneficio producuntur, præcipuè si liquida sequatur: ut,

v.469——Πελαεὶς τε Λιλύβη τε.
& v.1019. Γηλοί τε Μάρδοι τε.——
Sic Virgilius, *Liminàque laurúsque dei*——

Observanda sunt etiam alia quædam in quibus *Poeticam* quandam *licentiam*, in producendis iis quæ corripi solent, & contrà, Dionysius & alii sibì assumunt, quæ quamvis ad Ectasin & Systolen (si voces eæ laxiùs sumantur) referri possint, non tamen temerè fiunt, sed fundamentis quibusdam nituntur.

89. 1° Aliquando enim, propter liquidam sequentem, vocalem brevem (quasi communem inde redditam) producunt Poetæ, etiam ubi nulla est Cæsura: ut,

v.773. Ενθ' Ἀμαζονίδεσσιν——
ubi prima in Ἀμαζονίδεσσιν propter liquidā μ sequentem producitur; nam non modò ante mutam & liquidam, verùm etiam ante solam liquidam, vocalem brevem pro communi à poetis aliquando haberi statuunt Grammatici. Sic σφιν, & ὁ sequente ῥα, beneficio liquidarum producuntur v.343 & 1102.

Ὁ ῥά τε κικλήσκουσιν Απίννιον——
Ἄλλος γάρ σφιν ὅλβος——

90. 2° Atque ob hanc rationem communes haberi videntur primæ in φίλος, καλὸς, Ἄρης. & similibus. Sic in ἰλήκοι prima producitur v.447, quæ corripitur in ἱλάω v.853. & prima in φίλατε producitur v.704, quæ corripi solet in φιλέω.

91. 3° Quædam etiam aliæ syllabæ apud Dionysium (uti etiam apud Homerum & alios, quos hic sibi imitandos proponit) tanquam communes usurpantur, quanquam liquida nulla sequatur; ut prima in ὕδωρ, quod videre licet v.256 & 774. & prima in Απόλλων, v.444 & 527. Sed si Απόλλων sic dicatur ab ἀπόλλυμι, aut ἀπολύω (ut Grammatici statuunt) Ectasis manifesta est ubi prima producitur. Media etiam in Βέβρυκες à Dionysio producitur, in Homeri imitationem qui eam indifferenter usurpat, quamvis à Theocrito & plerisque aliis corripi soleat.

Vocalis

92. 4° Vocalis brevis non tantùm ante mutam & liquidam, verùm etiam ante duas mutas, aut duas liquidas, quæ syllabam inchoare possunt, ut πτ, κτ, μν, φθ, χθ, à Dionysio & aliis communis habetur (neque enim positio necessariò fit, nisi consonantes duæ in diversas syllabas diremptæ sint) sic γυ in Αἰγυπτίης corripitur, v. 505. Αἰγυπτίης Ῥόδος ἐστὶν —— nisi Synecphonesin ibi fieri censendum sit: & γυ in λιγύφθογγος v.529 —— λιγύφθογγος ἀοιδόν.

Præter Figuras Grammaticas, *Rhetoricas* etiam quasdam, ornatûs causâ, usurpat Dionysius: & eæ quidem quæ frequentissimè hìc occurrunt in vocum quarundam repetione consistunt, & communi ἐπαναλήψεως nomine ab Eustathio comprehenduntur; in tres autem species, ex communi Rhetorum sententia, distribui possunt quotquot hujusmodi Figuræ apud auctorem occurrunt, *Anadiplosin*, *Epanaphoram*, & *Epanodon*.

93. *Anadiplosis Rhetorica* est qua vox aut clausula præcedentem versum aut clausulam terminans in initio sequentis repetitur, ut v.354 & 355.

—— ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ῥώμην,
Ῥώμην τιμήεσσαν ——

2° Cui similis est repetitio (licet quibusdam interjectis) nominis Θήβην, v.248 & 249. & χέρς, v.379 & 380.

94. *Epanaphora* est quum vox eadem in initio plurium versuum aut clausularum repetitur: sic Καρχηδὼν repetitur v. 195, 196, & 197. & Ἴλιον v. 815, 816, 817, 818, cum plurimis ejusmodi.

95. *Epanodos* est cùm duobus nominibus propositis sensu nondum finito, ad utrumque redditur, additis aliis quibusdam ad sententiæ complementum; ut v.661 & 662,

—— Εὐρώπην ἀποτέμνεται Ἀσίδος αἴης,
Ἐς δύσιν Εὐρώπην, ἐς δ' αὐγὰς Ἀσίδα γαῖαν.

Nec rarò hìc contingunt *Paronomasia* & *Apostrophe*.

96. *Paronomasia* est vocum ad se invicem allusio; ut v.231 — Ἐς Λίβα μὲν Λιβύην —— v.430 — ἤπειρος ἀπείριτος.

97. *Apostrophe* est aversio orationis ad personam quampiam, aut quod quasi persona fingitur: sic ad Musam unam aut plures sermonem convertit auctor, modò expressè, ut v. 62 & 447. modò implicitè, ut v. 1080

&

& 1128, φράζεο, supple Μῦσα. Aliquando ad incertam personam sermo convertitur, ut *v.*257, ἴδοιο pro ἴδοι τις. Nonnunquam etiam ad inanimata sermo dirigitur, tanquam animata & intellectu prædita; ut *v.*1181. quod quidem aliqui ad Prosopopœiam referunt.

De reliquis id genus Figuris, quæ rarò aut nunquam hic occurrunt, consulantur Rhetorum scripta.

Troporum etiam exempla præcipua quæ in auctore occurrunt, Figuris hic subjicere libet. Occurrunt autem Tropi simplices quatuor; *Metaphora*, *Metonymia*, *Synecdoche*, *Antonomasia* : deinde Troporum in uno verbo complicatio, quæ *Metalepsis* dicitur; & Troporum affectiones vulgò habitæ, *Hyperbole*, *Miosis*, *Catachresis*; quibus & *Allegoria*, seu sententia Tropica subjicitur. Harum definitiones & divisiones ex rudimentis Rhetoricis pueris familares sunt, ideo chartæ parcere consultiùs duxi quàm eas hic inculcare.

98. *Metaphoræ* hic frequentissimæ occurrunt in vocibus rebus animatis propriis ad inanimata traductis: sic vox κάρηνον, *v.*110. vox ὀπωπή, *v.*171. νῶτα, *v.*872. πῦς, *v.*68. πέζα *v.*61. ἴχνος, *v.*274. κνημῖδες & κνῆμαι. *v.*714 & 737. quibusdam terræ partibus, quæ istis corporis partibus quadam situs analogiâ respondent ab auctore tribuuntur; ut & χεῖλος & πλευρά maris littori. Metaphoricæ etiam dictiones sunt ἕρπει, ζύρεται. & ἑλίσσεται, à serpentibus ad fluvios & maris sinus, similiter in longum productos, & similes flexuum gyros facientes, translatæ: voces ἐστεφάνωται & ἐστεμμένη à coronis tempora ambientibus ad terras à mari circundatas traductæ; vox κέλευθος à via qua locus aliquis aditur, ad rationem & methodum qua aliquid efficitur significandam; & vox ὕσπληγξ, quæ metam notat circa quam in curuli certamine flectitur, ad flexum maris traducta: nec non vox τορνώσατο, à rebus artificialibus quæ torno rotunda fiunt, ad rotundam figuram qua terra à Deo creatore formata est, translata; & alia ejusmodi. Huc referri potest color similis pro simili positus, ut κυάνεος pro *nigro*.

99. *Metonymia efficientis* est ubi ἥλιος, *sol*, pro calore solari ponitur; & Ἄρης Mars pro bello. *Adjuncti*, ubi ἄνεμος. *ventus*, pro cœli plaga; ubi κυάνεοι *nigri* pro Æthiopibus; & ubi ἀπ' Ἰσμηνῦ pro à Thebis, quas Ismenus fluvius

fluvius alluit, usurpatur; *signati pro signo*, Μέμνων pro *Memnonis statuâ*.

100. *Synecdoche totius pro parte* est, ubi ἐλέφαντι pro *ebore*, & βοῒ pro *corio bubulo* utitur auctor: *Partis* verò *pro toto*, ἀκωκὴ *cuspis* pro hastâ, Θήβην pro Thebaide regione: Sic *v.*115, ubi Φαείην ἅλα pro mari Ægyptio, quod *Pharos* Ægypti pars: *v.* 413, ubi Αμυκλαίων pro Λακώνων, quòd *Amyclæ* Laconiæ urbs fuerit: *v.*113, ubi Ισμαρικὸς pro Thracio, quòd *Ismarus* Thraciæ mons sit: *v.*498, ubi Αμνισὸς pro Creta (in qua urbs Cnossus, cujus navale Amnisus) usurpatur. Huc referri solet πόλος pro cœlo positus. Synecdoche verò *generis pro specie* est δόμος pro templo.

101 *Antonomasia* (quam aliqui sub *Synecdoche generis* comprehendunt) reperitur *v.* 490. ubi Αἰητίνη patronymicum pro ipso *Medeæ* nomine: & *v.*685, ubi Αρητιάδης patronymicum à proavo Marte longius ductum (de quo v.Com.) pro Agamemnonis nomine usurpatur: item *v.*53, ubi ἀμφιτρίτη, *maris* epitheton pro *mari* ponitur, uti & ἀμφιτρίται in plurali *v.*99.

102. *Metalepsis*, seu *transumptio* ab una Tropica significatione ad aliam, occurrit in voce κορύσσεσθαι, *v.* 103 & 201, quæ cum propriè significet *galeâ armari*, & per Synecdochen *armari* absolute, inde transumitur ad significandum incursum & impetum irruentis, quali armatus in hostem fertur, & Metaphoricè ab hominibus ad fluctus ibi transfertur. Sic Ασσυρίης nomen, quod propriè regioni ad Tigrin fluvium convenit, per *Synecdochen partis pro toto*, toti Assyriorum imperio impositum est, atque inde per Metalepsin ad Assyrii imperii partem, ab Assyriâ propriè dictâ diversam, juxta Sinopen (quæ & *Leucosyria* dicta) transumitur, *v.* 772 & 975. atque hinc *Sinopica rubrica* Ασσυρίη μίλτος dicitur, *v.*1178. Eodem modo nomen Αμυκλαίων primò pro *Laconibus* in genere per Synecdochen usurpatur, deinde ad *Lacedæmonios* aut *Theræos*, Laconici generis homines ab ipsis *Amyclæis* diversos traducitur, *v.*213. Per *Metalepsin* etiam Αὐνιος σίδηρος pro *tridente Neptuni*, à quo Aones Bœotiæ incolæ orti ferebantur, usurpari videtur, *v.*476. v.Com.

103. *Allegoria* est *v.*183 --κυανῇσι καλύπτεται φολίδεσσι, ubi de Africa loquens auctor habitationes inter loca

de erta

deserta hic illic sparsas habente, Metaphoricis dictionibus continuâ serie utitur, ut de serpente squamis cæruleis variegatâ loqui videatur.

104. *Hyperbole* est in voce ξυνίασιν *v.* 154. ubi *concurrere* dicuntur promontoria revera satis à se invicem distantia: sunt & quædam *Sententiarum Hyperbolæ* (eæque aliquando sine Tropo) ut *v.* 67.

105. *Miosis*, seu *Tapinosis*, habetur *v.* 509, & 524. ubi insula tota ἄστυ dicitur: quo refertur vox σπιλάδες pro rupibus in mare eminentibus posita; quippe quæ à voce σπίλος deducitur, quæ *maculam* aut *nævum* notat.

106. *Catachresis* est in voce βουκολέοντο *v.* 193. quæ cùm propriè significet *à bubulco pasci*, (quippe à voce βουκόλου deducta) abusivè ibi à bobus ad homines transfertur. Sic ἰσθμὸς aliquando καταχρηστικῶς pro magno terræ spatio usurpatur, & νῆσος pro peninsulâ.

SYNOPSIS FIGURARUM.

Figuræ Dictionis ad Orthographiam ſpectantes.

1. PRotheſis, ut ἐείδω pro εἴδω poet. ἀσταχὺς pro σταχὺς Att.
2. *Anadiploſis*, ſeu *Reduplicatio*; ut πιπαίνω pro πείνω, Ion.
3. 2° *Reduplicatio Attica*; ut ἀκηχεδὴν pro ἠχηδὴν.
4. *Ephentheſis*, quæ triplex eſt:
1° *Parentheſis* vocalis; ut εἰν pro ἐν, poet. οὖρος pro ὄρος, Ion.
5. 2° *Epectaſis* ſyllabæ; ut ἐξείης pro ἑξῆς, πείπαλος pro πεῖλος, ἠέλιος pro ἥλιος, Ἀθηναίη pro Ἀθήνη, Ion & poet.
6. 3° *Paremptoſis* conſonantis; ut πτολίεθρον pro πολίεθρον. poet.
7. 4° Huc ſpectant plerique Dativi poet. in εσσι; ut νεφέεσσι pro νέφεσι, poet.
8. 5° In Imperf. & Aor. β εσκον, εσκες, εσκε, pro ον, ες ε. Ion.
9. 6° In verbis contract. ſecund. Conjug. εω pro ῶ, εων pro ῶν &c. Ion. & Poet.
10. *Diplaſiaſmus*, ſeu literæ *geminatio*; ut τόσσος pro τόσος Poet.
11. *Paragoge*; ut ἐνὶ pro ἐν poet. ἠπείροισι pro ἠπείροις, Ion.
12. 2° In Dat. plur. primæ & ſecundæ Declin. ῃσι pro ῃς Ion. pro αις· ut πλευρῇσι pro πλευρῇς, quod ipſum pro πλευραῖς.

13. 3° Syllaba

13. 3° Syllaba τι aut φιν Nominibus, & θεν Pronominibus addita; ut κράτεσφι pro κρατὸς, σέθεν pro σεο, (facto ex σὲ) poet.

14. 4° In Aor. α ασκον, ασκες &c. pro α, ας. Ion. & poet.

15. 5° In termin. Infin. εμμεναι pro εμεν (quod ipsum Ionicum est pro ειν) ut φερβέμεναι v.922. Dor.

16. *Dialysis*, literâ additâ vel mutatâ; ut ῥωΐδιος pro ῥᾴδιος, Ion.

17. 2° εων pro ῶν Ion. αων pro ῶν, Æol. in Gen. pl. primæ & secundæ Dec.

18. 3° ἡμέες pro ἡμεῖς, &c. Ion.

19. 4° In Temp. circumflexis, εω, εεις, pro ῶ, εῖς, εειν pro εῖν, &c. Ion.

20. *Aphæresis*; ut κεῖνος pro ἐκεῖνος, αἶα pro γαῖα, Ion. & poet.

21. *Ablatio Augmenti* aut *Reduplicationis*, ut δαίσαντο pro ἐδαίσαντο poet. δέκτο pro ἐδέδεκτο Plusq.perf.

22. *Syncope*; ut ἔπλετο pro ἐπέλετο, ἄντολιν pro ἀνατολὶν, πέπταται pro πεπέταται, μύκαλος pro μυχαίτατος, poet.

23. 2° *Syncope Æolica*; ut καδδὲ pro κατὰ δὲ.

24. 3° In Præterito γεγαῶς, ἑστᾶσιν, &c. pro γεγονὼς, ἑστήκασι Ion.

25. 4° *Ecthlipsis* consonantis; ut Σαμάτων pro Σαρμάτων.

26. 5° *Crasis*; ut ἱρὸς pro ἱερὸς, θεουδέες pro θεοειδέες.

27. 6° Huc refer κέραος pro κέρατος, μείζοες μείζους pro μείζονες, &c.

28. 7° Ἔλλειψις posterioris vocalis diphthongi; ut ιάω pro ναίω.

29. 8° Παρέλλειψις literæ geminatæ; ut μάκελα pro μάκελλα.

30. *Apocope*; ut δάκρυ pro δάκρυον Dor. ἔμεν pro ἔμμεναι, quod ipsum est pro εἶναι v.

31. 2° Huc refer *Apostrophum* ante consonantem; ut πὰρ θ' pro παρὰ θ'.

32. *Synalœpha*; ut τοὔνεκα pro τοῦ ἕνεκα, Att.

33. *Metathesis*; ut καρτερὸς pro κρατερὸς, ἔμμορε pro μέμορε, Att.

34. *Tmesis*; ut νέη πόλις pro Νεάπολις poet.

35. 2° Ubi Hyperbaton simul fit; ut— διὰ γαῖαν ὁρίζων, poet.

36. *Antithesis*; ut 1° η pro α in prioribus syllabis Ionicè positum, ut νηὸς pro ναὸς, ἀὴρ pro ἀὴρ· item ὄνυμα pro ὄνομα Æol. ἰδὲ pro ἠδὲ poet. πίσυρες pro τέσσαρες, Æol. ζώω pro ζῶ, Att.

37. 2° η pro α in terminat. primæ & secundæ Declin. ης pro ας, ης pro αις &c. Ion.

38. 3° ηος, ηι, pro ιος, ιι, in secunda Declin. contr. & pro εος, ει &c. in tertia Declin. Ion. & poet.

39. 4° ἐμεῦ pro ἐμοῦ &c. & in verbis contr. ευ pro ου, ut καλεῦσι Dor.

40. 5° οιατο pro οιντο in tertia plur. Opt.pass.Ion.

41. 6° Huc refer εω pro ου Ion. αο pro ου, Æol. in Gen. primæ Declin. & εο pro ου in tertiâ, Ion.

42. 7° Σέο pro Pronom. σοῦ, ἕω pro οὗ, Ion.

43. 8° In Plusq.perf.verb. εα, εες, εε, pro ειν, εις ει, Ion.

44. 9° Aor. 1 Opt. εια ειας, ειε. pro αιμι αις, αι &c. Æol.

45. 10 In Infin. εμεν pro ειν· & à verbo εἰμὶ. ἔμμεναι & ἔμμεναι pro εἶναι, & inde per Apocopen ἔμεν, Ion. & poet.

46. 11 In secunda pers. Pass. εαι pro ῃ Ion.

47. 12 In Imperat. Pass. εο pro ου. Ion.

48. 13 εασι pro εἰσὶ tertia plur. ab εἰμὶ *sum*; ἴασι pro εἶσι tertia sing. ab εἶμι *eo*.

49. 14 Præpos. ἀπαὶ pro ἀπὸ, ὑπαὶ pro ὑπὸ poet. ποτὶ pro πρὸς Dor.

50. *Metaplasmus*; ut μυχῷ (quasi à μυχὸς) pro μυχοῖ, δένδρεσι quasi à τὸ δένδρος poet. υἱέες quasi à υἱεὺς, cùm usitati Nominativi sint δένδρον & υἱός.

51. 2° *Metaplasmus Conjugationis*; ut φίλατο quasi à φιλ cùm verbum usit. sit φιλέω. κέονται pro κεῖνται, quasi à κέομαι.

Figuræ Constructionis.

52. *Pleonasmus*, 1° Nominis, ut εὐρυπάτη μέγεθος, aut Pronom. &c.

53. 2° *Parelcon*, seu vocula κε, τε, ῥα, περ, μεν, redundans.

54. 3° *Pleo-*

54. 3° Pleonasmus Conjunct. οὖν, ἀλλὰ, Adverbii αὖ, μάλα, &c.

55. 4° *Polysindeton*; ut —γαῖαν τε καὶ πόντον.

56. 5° *Periphrasis*; ut Κελτῶν παῖδες pro Κελτοί.

57. *Ellipsis*; ut βοείη, supple βύρσῃ· ἐς Διὸς, supple οἶκον Διὸς Μοῦσαι, supple θύγατρες.

58. 2° Ellipsis præpositionis κατὰ, ut οὔνομα Κυκλάδες εἰσί.

59. 3° *Asyndeton*; ut *v*.102.

60. 4° Huc refer ἐπὶ & ζωὴ, sine voce casuali, βαλήειν absolutè, &c.

61. *Anastrophe*; ut Βορέην ἔπι.

62. 2° *Hyperbaton*; ut *v*.592. & inter *v*.14, & *v*.17.

63. 3° *Hysteron Proteron*; ut *v*.493, & 494.

Enallage; & 1° quidem simplicior, ut

64. 1° Modi, ut πέλοι Opt. pro πέλει Indic.

65. 2° Temporis, ut ἔχουσι sensu Præteriti, ἔπλετο pro πέλει.

66. 3° Activum pro Passivo positum, & contra, ut ἐνναίει pro ἐνναίεται.

67. 4° Numerus pluralis pro duali; ut δύο κόλποι, *v*.108. sic *v*.51.

68. Enallage σολοικοφανὴς generis, aut numeri, aut utriusque; ut ——Φοινίκων ἀνδρῶν γένος ἐνναίουσιν, Ἀζόμβιοι, &c. Hanc Grammatici Latini *Synthesin* vocant.

69. 2° Enallage casus σολοικοφανὴς, ut *v*. 656.——τὴν μίγνυται—— ubi Accus. loco Dativi ponitur. Hanc *Antiptosin vocant.*

70. 3° *Zeugma* σολοικοφανὲς quæ Enallage quædam numeri est, præcipuè ubi cum Syllepsi Zeugma complicatur; ut——Ὕπανίς τε φέρει, Πειός τε Μέγαρσος, λαβρότατοι ποταμῶν——

71. 4° *Hypallage*; ut *v*.519.

72. *Antimeria*, Enallages species, 1° quâ Adjectivum neutrale, sing. aut plur. pro Adverbio ponitur; ut ὀρθὸν rectà, πρῶτα primum.

73. 2° Quâ Articulus pro Pronomine, ut τὴν pro ταύτην.

74. 3° Quâ Participium pro Nomine; ut δεδαημένοι pro δαήμονες aut pro Infinitivo, ut ἦσθα ἀκούσας.

75. 4° Quâ

75. 4° Quâ articulus præpositivus pro Subjunctivo; ut τῷ pro ᾧ.

76. 5° Quâ Substantivum pro Adjectivo; ut Ἄτλας pro Ἀτλαντικός.

77. 6° ἓ vel μὶν pro αὐτὸν vel αὐτὴν, πᾶσα pro ὅλη, ὡς pro οὕτως, &c.

78. 7° Unus comparationis gradus pro alio positus, ut ἀφνειὴν pro ἀφνειοτέραν aut Comparativum à Substantivo deductum, ut θεώτερον v.257.

Figuræ Metricæ.

79. *Synecphonesis*; ut χρυσέης. πασέων, dissyllaba facta.

80. *Diæresis simplex*, literâ nullâ mutatâ; ut ἐϋστέφανος pentasyllabus.

81. *Ectasis* seu *Diastole simplex*; ut Καπάνης secundâ longâ. ἱερὸς primâ longâ.

82. 2° Ectasis κατ' ἀντίστοιχον. ut Διώνυσος pro Διόνυσος.

83. 3° Ectasis ex necessitate ob trium brevium concursum; ut ἀκαμάτε primâ longâ.

84. *Systole* simplex; ut Πάχυνος, secundâ brevi.

85. 2° Systole κατ' ἀντίστιχον, ut εὐρύχορος pro εὐρύχωρος.

86. *Cæsura*, 1° licentior, ut τοίη ἐπὶ κείνης, ultimâ in ἐπὶ productâ.

87. 2° Cæsura ob liquidam sequentem, ut Πάντεσσι λοξῆσι:

88. 3° Encliticæ voces κε, τε, &c. cæsurâ product. ut v.1019. *Licentiæ poeticæ.*

89. 1° Brevis ob liquidam sequentem producta ubi nulla cæsura; ut v.343, & 773. sic & Φι producitur, v.1102.

90. 2° Syllaba communis habita ob liquidam sequentem, ut prima in φιλέω & ἱλάω, cum deriv. ut v.447, & 853.

91. 3° Syllaba communis habita nullâ liquidâ sequente, ut prima in Ἀπόλλων v.444, & 527.

92. 4° Vocalis brevis ante duas mutas, aut duas liquidas; ut πτ, κτ, φθ, μν, correpta; ut γυ in λιγύφθογγος v.529.

Figuræ

Figuræ Rhetoricæ.

93. *Anadiplosis Rhetorica*; ut in voce Ῥώμην *v.* 354, & 355. & in voce Θήβην (licet quibusdam interjectis) *v.*248, & 249.

94. *Epanaphora*; ut in nomine Καρχηδὼν, *v.* 195, 196, 197.

95. *Epanodos*; ut in nominibus Εὐρώπην & Ἀσίδα, *v.*661, & 662.

96. *Paronomasia*; ut Ἐς Λίβα μὲν Λιβύην.

97. *Apostrophe*; ut *v.*60, 1080, &c. ubi poeta Musam alloquitur.

Ex Figuris Rhetoricis hæ quidem præcipuè hic occurrunt; de reliquis (uti & de Tropis) consulantur Rhetorum scripta.

Tropi qui apud Auctorem reperiuntur, & Troporum Affectiones.

98. *Metaphora*
99. *Metonymia*
100. *Synecdoche*
101. *Antonomasia*
} Tropi simplices.

102. *Metalepsis*, Troporum complicatio in una dictione.

103. *Allegoria*, Tropi per plura verba continuatio.

104. *Hyperbole*
105. *Miosis*
106. *Catachresis*
} Troporum affectiones.

Exemplorum difficilium explicationes in Synopsi reperias.

107. ☞ *Gnome*, seu Sententia notatu digna.